



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

3. De Virginit. B. Virgin. Iosepho reuelata. Matth. 1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

se dicatur, & quicquid passus est homo,
DAYS passus dicatur.

MEDITATIO III.

*De Virginitate B. Virg. sponso Iosepho
reuelata. Matth. 1.*

CVM esset desponsata mater IESV Maria
Ioseph, antequam conuenirent, inuenta
est in utero habens de Spiritu sancto. Consi-
dera, quare non de simplici virgine, sed de
desponsata Christus concipitur. Primum,
vt per generationem Ioseph origo Mariæ
monstraretur. 2. ne lapidaretur à Iudæis
adultera. 3. vt in Ægyptum fugiens ha-
beret solatium & adiutorem. 4. vt partus
eius celaretur diabolo, vt discas dona cœ-
lestia non facile mūdo & dæmonibus pa-
tefacienda, ne margaritas proiciamus an-
te porcos; & ne per vanam gloriã ea amit-
tamus. 2. considera, B. Virginem, etsi sciret
se gestatione vteri causam suspicionis &
moris daturam Iosepho, tamen inno-
centiæ suæ consciam, & in Deo confisam,
conticuisse, vt discas nō turbari, si quādo
iniquè infameris, modo cōscientia te nō
redarguat, fiduciã autem omnem repo-
nere in Deo, qui non negliget innocentia
tuã, cum opus erit, patefacere toti mūdo.

X s Ioseph

2. *Ioseph cum esset iustus, & nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eam. Considera, licet Ioseph secundum legem potuerit accusare & repudiare virginem, postquam cognouit esse grauidam, tamen ad tuendum eius honorè, maluit eam dimittere occultè. vt discas omnium proximum nomen & famam etiam post eorum lapsum, quod fieri potest, tueri. Deinde eum prius rem diu expendisse, quam aliquid decerneret, & ideo apud Deum meruisse mysterii reuelationem; vt discas in rebus dubiis non præcipitare consilium, sed inuocato Dei auxilio sedulo ppendere, quid opus sit facto. 2. considera, si Deus & matrè suam & spõsum eius iustum permisit tantopere affligi, non esse quod nos peccatores queramus, si aliqua afflictione à Domino visitemur. si enim iusti perierunt, ad meritum; si imperfecti, ad vitæ emendationem.*
3. *Hæc eo cogitante, angelus Domini in somnis apparens ei dixit. Noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Quod enim in utero natum est, de Spiritu sancto est; pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum. Considera, quanta mysteria angelus paucis huiusmodi verbis sit complexus. Reuelauit enim in*

DE VITA CHRISTI DOM. 311

ad esse saluatorem tantopere à Patribus
expectatum, omnes diuinas promissiones
voceſque prophetarum completas, cõce-
ptionẽ eius eſſe miraculoſam, nempe ope
ſpiritus ſancti, & ex matre Virgine profe-
ctam, ſalutem quoque ab hoc Saluatore
expectatam non eſſe temporalem, ſed ſpi-
ritualem & æternã. addidit enim angelus.
Ipe ſaluum faciet populum à peccatis eorum.
2. Cõſidera, quãto gaudio perfulus fuerit
ſ. Ioseph, poſtquam è ſomno euigilauit,
dum videt ſe non modo ab omni metu &
ſuſpicionẽ liberũ, ſed etiam in tantam di-
gnitatem euectum, vt eſſet electus in ſpõ-
ſum, cuſtodemque matris Dei, imò in nu-
tritium ipſius Meſſiæ & Saluatoris. Vnde
nec dubiũ eſt eum ſtatim ad pedes B. Vir-
ginis tum forte precibus vacantis accidif-
ſe, & veniam pro erratis & ſuſpicionibus
humiliter poſtulafſe, vnaque cũ ea Deo pro
reuelatione facta gratias egifſe. Vbi dicas
in Deo, ſi quando ad tempus affligeris,
ſpem omnem collocare, qui ſuo tempore
nouit cum tentatione facere prouẽrum,
exiguũque mœrorem amplifſimis
compensare conſola-
tionibus.

MEDI.